

122

DE OPTIMA LEGENDORUM ECCLESIAE PATRUM METHODO

In quatuor Partes tributa,

*Ex Gallico in Latinum Sermonem translata,
et nonnullis annotationibus
illustrata,*

INTERPRETE J. F. R.
SACRAE THEOLOGIAE DOCTORE,

*Nec transgredieris terminos antiquos, quos posuerant
Patres cui. Proverb. C. 22. V. 28.*



AUGUSTÆ TAURINORUM. MDCCXLII.

EX TYPOGRAPHIA REGIA.
Superiorum permisso.



PRÆFATIO INTERPRETIS.



UVM saniora Theologie
Studia ex incorruptis
Scripturæ, & Traditionis
fontibus petita, atque
durissimo, quo dudum op-
pressa fuere, Pseudo-Scholasticæ imperio
soluta, novum in dies incrementum acci-
piant, Sanctorum iccirco Patrum lectio,
quos Christiana Religio veluti locupletissi-
mos Traditionis testes veneratur, ac sus-
picit, tis omnibus, qui ad Ecclesiasticae
Scientiae acquisitionem contendunt, post
Divinas Literas pernecessaria est: dicente
Hieronymo Epistola decima, „Post Scrip-
turas Sanctas Doctorum Hominum

* 2

Træ-



P R A E F A T I O

gulas adhibuisse, ac demum amplissimis
juxta, ac spinosissimis studiis viam pa-
rasse. Testem appello omnium integerri-
mum, gravissimumque Patrem Mabillo-
nium, qui in suo de Studiis Monasticis
Tractatu hujus Operis summarium exhi-
bet, ejusque lectionem omnino commendat.

Lutetiae Pariforum hactenus vulgatum
fuit, omisso Auctoris nomine. Quo tamen
legentibus fiat satis, quorum alii curiosi-
tate quadam, alii grato animo ducti, Au-
ctorum nomina scire cupiunt, quis fuerit
hujusce Tractatus Auctor paucis indica-
mus. NATALIS ARGONENSIS illi no-
men, Lutetiae ortus est, Causticum
egit ad annum usque etatis octavum,
et vigesimum: Cartusianum deinde in-
stitutum amplexus ab emissa professione
BONAVENTURÆ sibi nomen adscrivit.
Electus autem Cartusiae Sancti Juliani
Rivotomagensis Vicarius, hunc Tractatum
edidit anno millesimo sexcentesimo octua-
gesimo

D E O P T I M A
LEGENDORUM ECCLESIAE PATRUM
METHODO.

P A R S P R I M A

De auctoritate Patrum
Ecclesiae.

C A P U T L

*De Patris nomine, quo antiqui Ecclesiae
Doctores donari consueverunt; de di-
versis, quibus floruere temporि-
bus, deque varia illorum
auctoritate.*



Ravissimum, Sanctissimumque
Patris nomen, quo Veteres Pa-
triarchae appellabantur, utpote
qui Patres-familias haberentur,
atque Doctores, ex veteri Te-
stamento in novum translatum
est. Insigni hoc titulo eos celebravit Ecclesia,
qui primis duodecim saeculis floruerunt, sive
ab Apostolorum temporibus ad Divum usque
Bernardum, qui *novissimus inter Patres voca-*
tur, non eam quidem ob causam, quod defe-

Nicof.
Faber.
Opus.

A cerint